



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Remigius Druitius Ep. Brug. n. 62

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

Cant. 4.4. licet de Ecclesia dicta sint, Societati hodie accommodamus, quæ Turris est David armis ad Ecclesiæ Euangelijque defensionem referta, impios Hæreticos scientia, ac doctrina laceffendo. Ex hac Turri prodire armati duces, ac strenui fidei defensores; hinc celebres Salmerones, eruditi Bellarmini, docti Maldonati, ac insignes Toleti, & alij complures, quos referre operosum est. Hoc eius de Societate iudicium fideliter latine redditum.

Eius Institutum, munita, vita, moresque laudantur.

61. A GISBERTO MASIO Episcopo Silueducensi, cui summa eloquentia Ciceronis Belgici cognomentum peperit: is quoties colloquijs priuatis, quoties publicis pro concione sermonibus, nostrum Institutum, munita, vitam, moresque ad ruborem Patrum, ad emulorum dolorem, deprædicauit? Quo die Ignatij in Beatorum album relati solemnia Societas celebrabat, ipse peracto splendido Sacrificio in Cathedram ascendens, ad pulcherrimam audientium coronam pro sua facundia ad eò magnificè de B. Patris, deque Sociorum laudibus verba fecit, ut impatiens tanti præconis inuidia nonnullos in ipsummet concitarit Antistitem, ausos de superiori loco carpere, quæ ille dixerat, argumentisque refellere: quibus mox facti penitentibus haud grauatè vir mitissimus condonauit iniuriam. Sic in Imag. 1. sec. Soc. fol. 884.

Quanti habita à Remigio Episcopo?

62. A REMIGIO DRUITIO Brugensium Episcopo, qui Societatem quanti faceret, non obscure prodidit, cum in summis Republicæ angustijs, negante Magistratu, parem se alendo Societatis Collegio, respondit, Se potius, quam Collegium Vrbe cessurum. Ita Ibidem.

Cognita in morte à Lamberto.

63. A MATHIA LAMBERTO, qui medius inter Rodouanium, Druitiumque insulas gessit, morti iam proximus, quando sublucente alterius vitæ radio clarius apparet rerum color, Sacerdotem nostrum ad sese euocauit, cui omnes antea vitæ noxas aperuit, perpetuamque Societati, quam adhuc male cognitam habuisse, fatebatur, eleemosinam donauit. Ibidem.

Et à Carolo Masio.

64. A CAROLO MASIO Gandauensi Episcopo, cui eadem ac Lamberti sub extrema vitæ tempora vox fuit, quæ dolentis animi sensura